



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Et Docta Divi Alchimi Aviti Viennensis
Archiepiscopi, & Claudij Marij Victoris Oratoris
Massilie[n]sis, poëmata, aliaq[ue] non poenitenda**

**Avitus, Alcimus Ecdicius
Marius Victor, Claudius**

Lvgdvni, 1536

Capvt V.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12149

Quid multis: fit vírga prior: qua deinde sacerdos
Plurima succíduo monstrauit tempore signa.

C A P V T V.

Hinc durū frandens Pharaonis cōscius ardor
Diuine incœpit per cuncta resistere dextrę
Quæ iam cognoscens nolit tamen ipse fateri.
Protinus exclusos iussit discedere vates.
Illi diuinas pulsant cū fletibus aures,
Ut fremitus gentis tandem frēnetur iniquæ:
Quā grauius sœuā monitus fecere superni.
Ipsis quinetiam cœlestibus arma minantem
Tū pater accipiēs gemitus, lachrymasq; precātū
Taliter hortatu blando solatur amaros.
Ne tantum vacuo submittite corda timori
Plebs mea, quam toto mundi de corpore sumptā
Elegi & propria solam mihi sorte dicaui.
Iam nunc cernetis quāto primordia vestra
Prosequar auxilio: vestros ut persequar hostes.
Ducam sublimem portenta per omnia dextram.
Nec valet in paucis Pharius rex cedere signis
Longius ut duram vincant miracula mentem.
Post hęc laxatos etiam discedere coget,
Expelletq; solo: quod nunc negat ingeret vltro.
Ibitis

Ibitis ad magnas post fortia prælia sedes,
 Qua vocat expectans perfertilis vbere terra
 Et claras victis condetis gentibus vrbes.
 Vos modo promissis tantum confidite donis:
 Et quos depositent ingentia facta labores
 Læta ferat virtus, se seç̄ ad prospera seruet.
 Talibus auditis melior spes arripit illos
 Attollunt animos, palmasç̄ ad sidera tendunt
 Concipiuntç̄ fidem votis gratesç̄ rependunt

C A P V T VI.

POstera lux dubios primū præmiserat ortus
 Et successorem depulsa nocte ferebat
 Insistens aurora diem; tum flumina sanguis
 Imbuit, & subito maduerunt arua cruore
 Sed non in minimis portentum contigit vndis,
 Fluuiorum rex ipse rubet, nec lumine prisca
 Nilus lagit proprium quē sumpsit fonte nitorem.
 Vndarum vice sanguis inest, non corpore fusus
 Aut hoīm de strage, sed irato delapsus olympos.
 Ergo hinc naribus obstructis victoç̄ natatu
 Interiere simul peregrini in gurgite crasso,
 Auxeruntç̄ suo saniem de funere pisces.
 Forte & sanguineus mortis cladisç̄ futuræ

Indicium

*Aegypti per-
stres per Moy-
sen illatae.**Flumina in
sanguinem.
Exodi.7.*